diſcipulis, quae Ariſtobulus narravit, vide apud Strabonem pag. 491. Oneſicriti cum ſophiſtis ſermonem vide p. 491. 492. et Plut. Vit. Alex. c. 65. Pauca de iisdem habet Curt. VIII, 9, 31. ſeqq. ubi vide interpretes. Clitarchi de iisdem narrationem, Strabo p. 494. Alexandri cum iis colloquium apud Plut. in Vit. Alex. c. 64. Ex recentioribus vide praecipue Robertſonem de India veterum.

9. φόρȣς] Strabo et Diodorus, uterque addit, privato agros in India poſſidere non licere, Indiam omnem regis eſſe; de tributo vero Strabo ſolus, agricolas tres partes regi dare, quartam mercedis loco accipere; Idem forte Diodorus dicere voluit, ſcribens, agricolas praeter tributum, etiam quartam partem regi tradere.

10. κλαδȣ͂σιν] κλαδέω *quatio*, hoc loco *poma ramis conquaſſando decutere. Raph.*

11. ὄρνιθας] Plena eſt India avibus, ſementi agricolarum infeſtis, quas hi venantur, ut dicunt Diod. et Strabo. Plinius eos ſemiferos vocat, quibus tradita ſit cura elephantorum capiendorum.

XII. Τέταρτον δέ ἐςι τὸ 1
δημιουργικόν τε καὶ καπηλικὸν
γένος. Καὶ οὗτοι λειτουργοί
εἰσι, καὶ φόρον ἀποφέρουσιν
ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν σφετέ-
ρων, πλήν γε δὴ ὅσοι τὰ
ἀρήϊα ὅπλα ποιέουσιν· οὗτοι
δὲ καὶ μισθὸν ἐκ τοῦ κοινοῦ
προςλαμβάνουσιν. Ἐν δὲ τού-
τῳ τῷ γένει οἵ τε ναυπηγοὶ
καὶ οἱ ναῦταί εἰσιν, ὅσοι κα-
τὰ τοὺς ποταμοὺς πλώουσι.
Πέμπτον δὲ γένος ἐςὶν Ἰνδοῖ- 2
σιν, οἱ πολεμιςαί· πλήθει
μὲν δεύτερον μετὰ τοὺς γεωρ-

XII. Quartum genus eſt Opificum et Negotiatorum. Et hi corpore laborant, atque ex operibus ſuis tributa perſolvunt, iis exceptis qui arma bellica fabricantur. Ii enim etiam ex publico mercedem accipiunt. In hoc genere ſunt fabri navales et nautae quotquot flumina navigant. Quintum genus eſt Militantium: multitudine quidem ſecundum poſt agricolas, ſed maxime liberum atque alacre. Hi ſolum